

CAESAR · DER GALLISCHE KRIEG

C. JULIUS CAESAR

DER  
GALLISCHE KRIEG

Lateinisch-deutsch

Herausgegeben von Georg Dorminger



WISSENSCHAFTLICHE BUCHGESELLSCHAFT  
DARMSTADT

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK KIEL  
- ZENTRALBIBLIOTHEK -

87 Ap 2746

[Commentarii de bello  
Gallico. Lat. u. deutsch]

Lizenzausgabe  
des Artemis Verlags München  
Der Band erschien gleichzeitig in der Sammlung Tusculum  
Herausgeber: Karl Bayer, Manfred Fuhrmann,  
Gerhard Jäger

wb Bestellnummer 5296-X

8. Auflage

© 1986 Artemis Verlag München und Zürich,  
Verlagsort München.

Alle Rechte, einschließlich derjenigen des auszugsweisen  
Abdrucks und der photomechanischen Wiedergabe, vorbehalten.  
Druck: Omnitypie, Stuttgart. Bindung: Heinrich Koch, Tübingen.  
Printed in Germany

## INHALT

Lateinischer Text . . . . .	6
Deutsche Übertragung . . . . .	7
Erläuterungen . . . . .	465
Titel des Werkes . . . . .	486
Zur Textgestaltung . . . . .	486
Die von Klotz, Fuchs und Constans abweichenden Stellen	491
Zeit der Veröffentlichung der Kommentarien . . . . .	519
Tendenz des Werkes . . . . .	520
Cäsars Glaubwürdigkeit . . . . .	520
Sprache und Stil des Werkes . . . . .	523
Vercingetorix und sein Opfergang in Alesia . . . . .	523
Cäsar, ein Phänomen . . . . .	526
A. Hirtius und Buch VIII . . . . .	530
Register . . . . .	532
Kurze Zusammenfassung der einzelnen Bücher . . . . .	541
Literaturhinweise . . . . .	542

A

## LIBER I

### 1.

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam<sup>1</sup> incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. hi omnes lingua<sup>2</sup> institutis legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea<sup>3</sup> quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. [*Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garunna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.*]

## BUCH I

Erstes Kriegsjahr (58 v. Chr.)

Gallien ist in drei Hauptteile gegliedert<sup>1</sup>). Den einen bewohnen die Belger, den zweiten die Aquitaner, den dritten die Stämme, die in ihrer eigenen Sprache „Kelten“, in unserer „Gallier“ heißen. Sie alle unterscheiden sich durch ihre Sprache, Gebräuche und staatlichen Einrichtungen. Die Garonne<sup>2</sup>) trennt die Gallier von den Aquitanern, die Marne und Seine von den Belgern. Unter all diesen sind die Belger<sup>3</sup>) die tapfersten. Sie wohnen nämlich am weitesten entfernt von der Kultur und Zivilisation der römischen Provinz. Sodann kommen zu ihnen ganz selten Kaufleute, die verweichlichende Luxusgegenstände einführen. Sie sind auch unmittelbare Nachbarn der rechtsrheinischen Germanen und liegen mit diesen ständig im Krieg. Aus dem gleichen Grund überragen auch die Helvetier die übrigen Gallier an Tapferkeit. Sind sie doch in fast tägliche Kämpfe mit den Germanen<sup>4</sup>) verwickelt, wenn sie diese von ihren Grenzen abwehren oder selbst in deren Land Krieg führen. [Der eine Teil, den, wie erwähnt, die Gallier bewohnen, beginnt an der Rhône, wird begrenzt von der Garonne, dem Ozean und dem Gebiet der Belger, reicht auch in der Nähe der Sequaner und Helvetier an den Rhein und erstreckt sich in nördlicher Richtung. Die Belger wohnen im Grenzgebiet Galliens. Ihr Land reicht bis an den Unterlauf des Rheins und dehnt sich in nordöstlicher Richtung aus. Aquitanien reicht von der Garonne bis zu den Pyrenäen und dem Teil des Ozeans, der auch Spanien bespült. Von dort aus erstreckt es sich nach Nordwesten].

2.

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. is M. Messala M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. id hoc facilius eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit, altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios, tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. his rebus fiebat, ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiantur. pro multitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

3.

His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant. ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. is sibi legationem ad civitates suscepit, in eo itinere persuadet Castico Catamantaloedis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et ab senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat; itemque Dumnorigi Haeduo fratri Diviciaci,

Bei den Helvetiern<sup>5)</sup> war der bei weitem vornehmste und begütertste Mann Orgetorix. Er zettelte im Konsulatsjahr des Marcus Messala und Marcus Piso (61 v. Chr.) aus Machtgier eine Verschwörung des Adels an und überredete seine Stammesgenossen, mit all ihrer Habe auszuwandern. Da sie alle anderen an Tapferkeit überträfen, sei es ganz leicht, die Herrschaft über das gesamte Gallien an sich zu reißen. Dazu überredete er sie um so leichter, als die Helvetier auf allen Seiten durch natürliche Grenzen eingeengt sind, auf der einen Seite durch den sehr breiten, tiefen Rhein, der das helvetische Gebiet von dem der Germanen trennt, auf der zweiten durch den hoch ansteigenden Jura, der sich zwischen dem sequanischen und helvetischen Land hinzieht, auf der dritten durch den Genfer See und die Rhône, den Grenzstrom zwischen unserer Provinz und Helvetien. Diese Einengung hatte zur Folge, daß sie weniger weit umherschweifen und weniger leicht die Nachbarn angreifen konnten. Das empfanden diese kriegerischen Menschen sehr schmerzlich. Im Verhältnis zu ihrer starken Bevölkerung, zu ihrem Kriegs- und Heldenruhm hatten sie ihrer Meinung nach ein zu kleines Land, das sich auf nur 240 Meilen<sup>6)</sup> in die Länge und 180 Meilen in die Breite erstreckte.

Hierdurch veranlaßt und durch des Orgetorix Einfluß verleitet, beschlossen sie, alle Vorbereitungen für ihre Abwanderung zu treffen, nämlich möglichst viele Zugtiere und Wagen aufzukaufen, möglichst umfangreiche Aussaaten zu machen, um unterwegs einen ausreichenden Getreidevorrat zu haben, und mit den Nachbarstämmen einen sicheren Frieden und feste Freundschaft zu schließen<sup>7)</sup>. Für diese Aufgaben hielten sie zwei Jahre für ausreichend. Für das dritte Jahr legten sie den Aufbruch gesetzlich fest. Als Leiter des Unternehmens wurde Orgetorix gewählt. Er übernahm auch die Verhandlungen mit den Nachbarstaaten. Auf dieser Reise verleitete er den Sequaner Casticus, den Sohn des Catamantaloëdes, des langjährigen und vom römischen Senat mit dem Titel „Freund des römischen Volkes“<sup>8)</sup> geehrten Sequanerkönigs<sup>9)</sup>, in seinem Lande die Herrschaft an sich zu reißen, die der Vater vorher ausgeübt hatte. Ebenso überredete er den Häduer Dumnorix, des Diviciacus Bruder, der damals in seinem Stamme die einflußreichste Rolle spielte und beim Volke be-

qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

4.

Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur. die constituta causae dictionis Orgetorigis ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne causam diceret se eripuit. cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exequi conaretur multitudinemque hominum ex agris magistratus cogere, Orgetorigis mortuus est; neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

5.

Post eius mortem nihilo minus Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant. ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt, frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditiois spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent, trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent.

sonders beliebt war, zum gleichen Versuch und gab ihm seine Tochter zur Frau. Er bewies ihnen, daß es ganz leicht sei, das Wagnis zustande zu bringen, weil er selbst in seinem Staate die Macht an sich reißen werde; es bestehe kein Zweifel, daß die Helvetier in ganz Gallien die größte Macht besäßen. Er beteuerte, daß er ihnen mit seinen Machtmitteln und mit seinem Heere die Königswürde verschaffen werde. Durch solche Reden verführt, gaben sie sich gegenseitig eidliche Versicherungen und hofften, wenn sie erst einmal die Königswürde gewonnen hätten, sich mit Hilfe der drei mächtigsten und stärksten Volksstämme der Herrschaft über ganz Gallien bemächtigen zu können<sup>10</sup>).

Dieser Plan wurde den Helvetiern verraten. Nach ihren Gesetzen zwangen sie Orgetorig, sich, in Ketten gelegt, zu verantworten. Im Falle einer Verurteilung hätte der Feuertod als Strafe folgen müssen. Am festgesetzten Prozeßtermin versammelte Orgetorig vor dem Gericht seine ganze Gefolgschaft, an die zehntausend Menschen, und brachte alle seine Hörigen und Schuldner, deren er viele besaß, auf die Beine. Mit ihrer Hilfe entzog er sich der gerichtlichen Verantwortung. Als die Stammes- und Standesgenossen, hierüber erbittert, mit den Waffen ihr Recht geltend zu machen versuchten und die Behörden eine große Menschenmenge vom Lande zusammenbrachten, starb Orgetorig. Der Verdacht, daß er, wie die Helvetier annehmen, Selbstmord verübt habe, liegt nahe.

Nach seinem Tode versuchten die Helvetier dessen ungeachtet, die gefaßten Beschlüsse, d. h. die Auswanderung aus ihrem Gebiet, in die Tat umzusetzen. Sobald sie sich hierfür bereit glaubten, zündeten sie alle ihre Städte – an die zwölf-, ungefähr vierhundert Dörfer und dazu die Einzelgehöfte an und verbrannten alle Getreidevorräte mit Ausnahme derer, die sie mitnehmen wollten, um, wenn erst einmal die Hoffnung auf eine Rückkehr genommen sei, desto entschlossener alle Gefahren auf sich zu nehmen. Befehlsgemäß sollte ein jeder einen Mehlvorrat für drei Monate mitnehmen. Sie überredeten die

persuadent Rauracis et Tulingis et Latobicis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum his proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

6.

Erant omnino itinera duo quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur. mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent, alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur. extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur. omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. is dies erat a. d. v kalendas Apriles L. Pisone A. Gabinio consulibus.

7.

Caesari cum id nuntiatum esset eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genavam pervenit. provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat – erat omnino in Gallia ulteriore legio una –; pontem, qui erat ad Genavam, iubet rescindi. ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant,

Rauraker<sup>11)</sup>, Tulinger und Latobiker, ihre Nachbarn, unter der gleichen Zielsetzung ihre Städte und Dörfer anzustecken und dann mit ihnen zu ziehen. Die Bojer<sup>12)</sup>, rechts des Rheines sesshaft, die ins norische Gebiet übergetreten waren und Noreja belagert hatten, nahmen sie bei sich auf und gewannen sie als Teilnehmer an ihrem Wanderzug.

Es gab im ganzen zwei Wege, auf denen sie auswandern konnten. Der eine, durch das Gebiet der Sequaner, war schmal und schwer gangbar. Er zog sich zwischen dem Jura und der Rhône so eng hin, daß ihn kaum einzelne Wagen passieren konnten. Das sehr hohe Gebirge ragt drohend darüber, so daß ganz wenige ihn mit Leichtigkeit sperren konnten. Der zweite, durch die römische Provinz, war viel bequemer und leichter zu passieren, weil die Rhône, die zwischen dem Gebiet der Helvetier und dem der erst vor kurzem unterworfenen Allobroger<sup>13)</sup> fließt, an einigen Stellen in Furten überschritten werden kann. Die erste Stadt der Allobroger, ganz nahe an der helvetischen Grenze, ist Genf. Von ihr aus führt eine Brücke zu den Helvetiern. Diese glaubten, die Allobroger, die allem Anschein nach den Römern noch nicht freundlich gesinnt waren, in Güte überreden oder gewaltsam dazu zwingen zu können, den Durchzug durch ihr Land zu gestatten. Als alles für den Aufbruch vorbereitet war, bestimmte man den Termin, an dem sich alle am Ufer der Rhône einfinden sollten. Es war dies der 28. März des Konsulatsjahres des Lucius Piso und Aulus Gabinus (58 v. Chr.).

Als Cäsar<sup>14)</sup> erfuhr, daß sie durch die römische Provinz ihren Weg zu nehmen versuchten, reiste er schleunigst aus Rom ab, eilte möglichst schnell in die Provinz und erschien vor Genf. Der gesamten Provinz befahl er, eine möglichst große Truppenmenge zu stellen – im jenseitigen Gallien lag insgesamt nur eine Legion –, und ließ die Brücke bei Genf abreißen. Sowie die Helvetier von seiner Ankunft erfuhren, schickten sie zu ihm die Edelsten des Stammes, geführt von Nammeius und Verucloetius, als Gesandte mit der Erklärung, sie beabsichtigten ledig-

qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum; rogare, ut eius voluntate id sibi facere liceat. Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; neque homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciendi temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, ad idus Apriles reverterentur.

8.

Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem muram in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere possit. ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit et legati ad eum reverterunt, negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facere conentur, prohibitorum ostendit. Helvetii ea spe deiectioni navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdum, saepius noctu, si percurrere possent, conati, operis munitione et militum concursu et telis repulsi hoc conatu destiterunt.

9.

Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis invitis propter angustias ire non poterant. his cum sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis

lich, ohne jede Gewalttat den Weg durch die Provinz zu nehmen, weil sie keinen anderen hätten. Sie bäten um sein Einverständnis. Da Cäsar jedoch nicht vergessen hatte, daß die Helvetier den Konsul Lucius Cassius getötet und sein Heer geschlagen und unter das Joch<sup>15)</sup> geschickt hatten, glaubte er, die Genehmigung nicht geben zu dürfen. Auch nahm er nicht an, daß sich diese feindlich gesinnten Menschen der Rechtsverletzung und Gewalttaten enthalten würden, wenn ihnen erst einmal die Gelegenheit gegeben werde, durch die Provinz zu ziehen. Um aber Zeit zu gewinnen, bis die neu einberufenen Mannschaften einträfen, erwiderte er den Gesandten, er werde sich Bedenkzeit nehmen. Wenn sie etwas wünschten, sollten sie sich am 13. April wieder einfinden.

Inzwischen ließ er von der Legion, die er mit sich führte, und den in der Provinz eingezogenen Mannschaften vom Genfer See, der in die Rhône abfließt, bis zum Jura, der das Gebiet der Sequaner von dem der Helvetier scheidet, einen 19 Meilen langen und 16 Fuß hohen Damm und einen Graben<sup>16)</sup> ziehen. Nach Fertigstellung dieser Anlage verteilte er Wachtposten und ließ feste Türme errichten, um die Helvetier leichter aufhalten zu können, wenn sie gegen seinen Willen den Durchzug versuchen sollten. An dem mit den Gesandten vereinbarten Termin stellten sich diese wieder bei ihm ein. Er erklärte, er könne nach dem herkömmlichen Brauch des römischen Volkes niemandem den Durchzug durch die Provinz gestatten, und gab ihnen zu verstehen, daß er sie, falls sie Gewalt anzuwenden versuchten, daran hindern werde. Um ihre Hoffnung betrogen, versuchten die Helvetier, auf zusammengebundenen Schiffen und mehreren zusammengesetzten Flößen, teils auch durch die Furten der Rhône, dort, wo der Fluß am seichtesten war, bisweilen am Tage, häufiger bei Nacht den Durchbruch, gaben aber dann, durch die Befestigung, die anrückende Truppe und durch Beschuß abgewiesen, diesen Versuch auf.

Es blieb nur noch der Weg durch das Gebiet der Sequaner, den sie jedoch gegen deren Willen wegen seiner Enge nicht benutzen konnten. Da sie allein bei ihnen nichts erreichen konnten, schickten sie Gesandte zum Häduer Dumnorix, um

impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur obsidesque uti inter sese dent perficit: Sequani ne itinere Helvetios prohibeant, Helvetii ut sine maleficio et iniuria transeant.

10.

Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae civitas est in provincia. id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum, ut homines bellicosos populi Romani inimicos locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. ob eas causas ei munitioni quam fecerat T. Labienum legatum praefecit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, quae proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur. compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo, quod est oppidum citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Sebusiavos exercitum ducit. hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

11.

Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduorum fines per-

auf seine Fürsprache hin bei den Sequanern ihre Absicht durchzusetzen. Dieser genoß infolge seiner Beliebtheit und Freigebigkeit bei den Sequanern höchstes Ansehen; auch war er ein Freund der Helvetier, weil er aus ihrem Stamm des Orgetorig Tochter geheiratet hatte. Bei seiner Machtgier sann er auf Umsturz und wollte möglichst viele Staaten durch seine Dienste sich verpflichtet halten. Er übernahm daher diese Aufgabe und erwirkte bei den Sequanern die Erlaubnis, daß die Helvetier durch ihr Land ziehen durften. Er setzte durch, daß sie gegenseitig Geiseln stellten, die Sequaner als Garantie für ungehinderten Durchzug, die Helvetier als Unterpfand dafür, daß auf ihrem Marsch keine böswilligen Übergriffe vorkämen.

Es wurde Cäsar gemeldet, daß die Helvetier beabsichtigten, ihren Weg durch das Land der Sequaner und Häduer in das der Santonen zu nehmen, die nicht mehr weit von den Tolosaten, einem Stamme in der römischen Provinz, wohnen. Er sah ein, daß dies, falls es geschehe, mit schwerer Gefahr für die Provinz<sup>17)</sup> verbunden sein werde, wenn sie die kriegerischen Menschen und Feinde des römischen Volkes in einem offen daliegenden und besonders fruchtbaren Landstrich zu Nachbarn bekomme. Deswegen unterstellte er die von ihm angelegten Befestigungsanlagen seinem Legaten Titus Labienus<sup>18)</sup> und eilte selbst möglichst schnell nach Oberitalien, hob dort zwei Legionen<sup>19)</sup> aus, führte die drei um Aquileja überwinternden aus dem Winterquartier heraus und marschierte mit diesen fünf Legionen auf dem kürzesten Wege durch die Alpen nach Gallien. Dort versuchten die Ceutrones<sup>20)</sup>, Grajer-Oceler und Caturigen nach Besetzung der Höhen das Heer am Marsche zu hindern. Er schlug sie in mehreren Gefechten und kam von Ocelum<sup>21)</sup>, der Grenzstadt Oberitaliens, am siebenten Tage in das Gebiet der Vocontier im jenseitigen Gallien<sup>22)</sup>. Von hier führte er das Heer in das Gebiet der Allobroger, von da in das der Sebusiaver<sup>23)</sup>, des ersten Stammes außerhalb der Provinz jenseits der Rhône.

Die Helvetier hatten ihre Truppen bereits durch die Pässe und das Gebiet der Sequaner geführt, waren in das der Häduer<sup>24)</sup>

venerant eorumque agros populabantur. Haedui cum 2  
 se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore 3  
 de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servitute abduci, oppida expugnari non debuerint. eodem 4  
 tempore [Haedui] Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesarem certiore faciant sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. item Allobroges, qui trans Rhodanum vicis 5  
 possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. quibus rebus adductus Caesar non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos Helvetii pervenirent.

## 12.

Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et 1  
 Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit. id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. ubi 2  
 per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat. eos impeditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum concidit; reliqui se fugae mandarunt atque in proximas silvas abdiderunt. is pagus 4  
 appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetiae in quattuor partes vel pagos divisa est. hic pagus unus, 5  
 cum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum subiugum miserat. ita sive casu sive consilio deorum 6  
 mortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit. qua in re Caesar non solum publicas, 7

eingedrungen und verwüsteten ihr Land. Da diese sich und ihre Habe nicht vor ihnen schützen konnten, schickten sie zu Cäsar Gesandte mit der Bitte um Hilfe. Zu jeder Zeit hätten sie dem römischen Volk solch große Dienste geleistet, daß nicht sozusagen vor den Augen des römischen Heeres die Felder hätten verwüstet, ihre Kinder in die Sklaverei hinweggeschleppt, ihre Städte erobert werden dürfen. Gleichzeitig setzten die Ambarri<sup>26)</sup>, die Freunde und Stammverwandten der Häduer, Cäsar davon in Kenntnis, sie könnten, nachdem ihr Land verwüstet sei, nur mit Mühe den Ansturm der Feinde von ihren Städten abwehren. Ebenso zogen sich die Allobroger, die jenseits der Rhône ihre Dörfer und Besitzungen haben, fluchtartig zu ihm zurück und berichteten, daß ihnen außer dem nackten Boden nichts übriggeblieben sei. Unter diesem Eindruck stand es für Cäsar fest, daß er nicht warten dürfe, bis die Helvetier allen Besitz der Bundesgenossen zerstörten und ins Gebiet der Santonen eindringen.

Die Saône fließt durch das Gebiet der Häduer und Sequaner und mündet in die Rhône mit so unglaublich schwacher Strömung, daß man mit den Augen nicht feststellen kann, in welche Richtung sie fließt. Diesen Fluß überquerten die Helvetier auf Flößen und zusammgekoppelten Kähnen. Sowie Cäsar durch Kundschafter Meldung erhielt, daß sie bereits drei Viertel ihrer Truppen über den Fluß gesetzt hatten und nur noch ein Viertel diesseits der Saône zurückgeblieben sei, brach er noch in der dritten Nachtwache mit drei Legionen auf und stieß auf den Rest, der noch nicht übersetzt war. Diese behinderten und nichts ahnenden Leute überrumpelte er und ließ die meisten niedermachen. Die Überlebenden ergriffen die Flucht und versteckten sich in den nächstgelegenen Wäldern. Dieser eine Stammesteil – er hieß der tigurinische; ganz Helvetien war in vier Bezirke oder Gaue geteilt – hatte nach seinem Aufbruch aus der Heimat zur Zeit unserer Väter den Consul Lucius Cassius getötet und sein Heer unter das Joch geschickt. So geschah es durch Zufall oder nach dem Ratschluß der unsterblichen Götter, daß der Teil des helvetischen Stammes, der dem römischen Volke eine empfindliche Niederlage beigebracht hatte, auch als erster dafür büßte. Hierbei rächte Cäsar nicht nur die dem Staat zugefügte Schmach, sondern auch eine persönliche Kränkung, weil die Tiguriner den Groß-

sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum L. Pisonem legatum Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.

13.

Hoc proelio facto reliquas copias Helvetiorum ut 1  
consequi posset, pontem in Arari faciendum curat at-  
que ita exercitum traducit. Helvetii repentino eius ad- 2  
ventu commoti, cum id, quod ipsi diebus xx aegerri-  
me confecerant, ut flumen transirent, illum uno die  
fecisse intellegerent, legatos ad eum mittunt. cuius  
legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux  
Helvetiorum fuerat. is ita cum Caesare egit: si pacem 3  
populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam par-  
tem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar  
constituisset atque esse voluisset; sin bello persequi 4  
perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi  
populi Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. quod 5  
improviso unum pagum adortus esset, cum ii, qui  
flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne  
ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret aut  
ipsos despiceret. se ita a patribus maioribusque suis 6  
didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent  
aut insidiis niterentur. quare ne committeret, ut is 7  
locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani  
et intereptione exercitus nomen caperet aut memo-  
riam proderet.

14.

His Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitatio- 1  
nis dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemo-  
rassent, memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo  
minus merito populi Romani accidissent. qui si ali- 2  
cuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile  
cavere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se  
intellegeret, quare timeret, neque sine causa timen-  
dum putaret. quodsi veteris contumeliae oblivisci 3

vater seines Schwiegervaters Lucius Piso<sup>27</sup>), den Legaten gleichen Namens, in der Schlacht, in der Cassius gefallen war, getötet hatten.

Nach dieser Schlacht ließ Cäsar<sup>28</sup>), um der restlichen Truppen der Helvetier habhaft zu werden, eine Brücke über die Saône schlagen und konnte so das Heer übersetzen. Über sein plötzliches Erscheinen bestürzt, schickten die Helvetier Gesandte zu ihm. Denn sie sahen, daß er an einem einzigen Tage fertiggebracht hatte, was sie selbst mit Mühe und Not erst in 20 Tagen zuwege gebracht hatten, nämlich den Fluß zu überschreiten. Haupt dieser Gesandtschaft war Divico, welcher bereits im Cassianischen Kriege die Helvetier geführt hatte. Dieser verhandelte mit Cäsar folgendermaßen: Wenn das römische Volk mit den Helvetiern Frieden schließe, würden sie in die Gegend ziehen und dort bleiben, wo Cäsar sie ansiedeln und haben wolle. Wenn er jedoch auf dem Krieg gegen sie bestehe, solle er an die alte Niederlage des römischen Volkes und die alterprobt Tapferkeit der Helvetier denken. Wenn er unvermutet einen Stammesteil überfallen habe, während die, welche bereits über den Fluß gesetzt seien, ihren Landsleuten keine Hilfe bringen konnten, so solle er deswegen nicht allzusehr auf seine Heldentat pochen, noch sie selbst unterschätzen. Von ihren Vätern und Ahnen hätten sie gelernt, mehr durch Tapferkeit etwas zu erreichen als sich auf Tücke und Hinterlist zu verlassen. Er solle es daher nicht dazu kommen lassen, daß der Ort, wo sie ständen, von einer Niederlage des römischen Volkes und dem Untergang seines Heeres einen Namen erhalte und in der Nachwelt weiterlebe.

Cäsar gab folgendes zur Antwort: Für ihn liege um so weniger Anlaß vor zu schwanken, als er sich das, woran die Helvetier ihn erinnerten, sehr wohl vor Augen halte und es um so schmerzlicher empfinde, als es ohne Verschulden des römischen Volkes geschehen sei. Wenn es sich eines Unrechts bewußt gewesen wäre, hätte es sich unschwer vorsehen können. Es habe sich nur dadurch täuschen lassen, daß es die Gewißheit hatte, nichts getan zu haben, was eine Furcht begründet hätte, aber auch nicht glaubte, daß man sich ohne Grund fürchten müsse.

vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posse? quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere. consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere. cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae polliceantur facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item, si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum. Divico respondit: ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuerint; eius rei populum Romanum esse testem. hoc responso dato discessit.

15.

Postero die castra ex eo loco movent. idem facit Caesar equitatumque omnem ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant. qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt, et pauci de nostris cadunt. quo proelio sublatis Helvetiis, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere nonnumquam et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis [pabulationibus] populacionibusque prohibere. ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut sex milibus passuum interesset.

Auch wenn er die alte Schmach vergessen wolle, könne er die neuen Frevel aus der Erinnerung löschen, daß sie gegen seinen Willen gewaltsam durch die römische Provinz zu marschieren versucht hätten und dann über die Häduer, Ambarrer, Allobroger hergefallen seien? Wenn sie so unverschämt mit ihrem Siege prahlten und sich wunderten, daß sie so lange strafflos für ihre Gewalttätigkeiten ausgegangen seien, so komme das auf dasselbe hinaus. Die Unsterblichen pflegten nämlich, damit die Menschen den Wechsel der Dinge um so schmerzlicher empfinden, denen bisweilen größeres Glück und länger anhaltende Straflosigkeit zu gewähren, an denen sie für Verbrechen Vergeltung üben wollten. Trotz alledem sei er gewillt, unter folgenden Bedingungen mit ihnen Frieden zu schließen: Es sollten ihm von ihnen Geiseln gestellt werden, damit er sehe, daß sie ihre Versprechungen einhalten würden. Dann sollten sie den Häduern für die Gewalttaten, die sie ihnen und deren Bundesgenossen zugefügt hätten, und ebenso den Allobrogern Genugtuung leisten. Divico antwortete, die Helvetier seien von ihren Vätern so erzogen worden, daß sie Geiseln zu empfangen, nicht zu stellen pflegten; dies könne das römische Volk bezeugen. Mit dieser Antwort entfernte er sich.

Am folgenden Tage rückten sie von dort vor. Dasselbe tat Cäsar und schickte die ganze Reiterei<sup>29)</sup>, gegen 4000 Mann, die er in der ganzen Provinz und in dem Land der Häduer und ihrer Bundesgenossen zusammengezogen hatte, voraus, um zu beobachten, welche Richtung die Feinde einschlugen<sup>30)</sup>. Sie setzte der feindlichen Nachhut zu ungestüm nach und ließ sich auf ungünstigem Gelände mit der helvetischen Reiterei in einen Kampf ein, in dem einige Römer fielen. Stolz auf diesen Erfolg – mit nur 500 Reitern hatten sie eine so große feindliche Übermacht geschlagen –, begannen sie, bisweilen in reichlich kecker Weise anzuhalten und mit ihrer Nachhut den Römern zuzusetzen. Cäsar ließ seine Truppen keinen Kampf beginnen und begnügte sich, für den Augenblick den Feind an Raubzügen und Verheerungen zu hindern. So marschierten sie ungefähr 15 Tage in der Weise, daß zwischen der feindlichen Nachhut und unserer Spitze ein Abstand von höchstens 5–6 Meilen eingehalten wurde.

16.

Interim cotidie Caesar Haeduos frumentum, quod<sup>1</sup> essent publice polliciti, flagitare. nam propter frigora<sup>2</sup> [*quod Gallia sub septentrionibus, ut ante dictum est, posita est*] non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat. eo autem frumento, quod flumine Arari navibus<sup>3</sup> subvexerat, propterea uti minus poterat, quod iter ab Arari Helvetii averterant, a quibus discedere volebat. diem ex die ducere Haedui: conferri, comportari,<sup>4</sup> adesse dicere. ubi se diutius duci intellexit et diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Diviciaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat, quem vergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet potestatem, graviter eos accusat,<sup>6</sup> quod, cum neque emi neque ex agris sumi possit, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus ab iis non sublevetur, praesertim cum magna ex parte eorum precibus adductus bellum susceperit. multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur.

17.

Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus,<sup>1</sup> quod antea tacuerat, proponit: esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus possint quam ipsi magistratus. hos seditiosa atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant, quod debeant: praestare, si<sup>3</sup> iam principatum Galliae obtinere non possint, Gallorum quam Romanorum imperia perferre; neque dubitare [*debeant*], quin, si Helvetios superaverint, Romani una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi. ab isdem nostra consilia quaeque in castris<sup>5</sup> gerantur, hostibus enuntiari; hos a se coerceri non posse. quin etiam, quod necessariam rem coactus Cae-

Inzwischen verlangte Cäsar von den Häduern täglich den Proviant, den zu liefern sie sich laut Staatsvertrag verpflichtet hatten. Wegen der Kälte nämlich war nicht nur das Getreide auf den Feldern noch unreif [Gallien liegt ja, wie erwähnt, im Norden], sondern es gab nicht einmal Grünfutter in ausreichender Menge. Das Getreide aber, das er zu Schiff auf der Saône hatte heranschaffen lassen, konnte er aus dem Grunde nicht verwenden, weil die Helvetier, mit denen er die Fühlung nicht verlieren wollte, von der Saône abgebogen waren. Von Tag zu Tag hielten ihn die Häduer hin: es werde zusammengebracht, es werde transportiert, es sei da. Sowie er merkte, daß er allzulange hingehalten wurde und der Tag bevorstand, an dem das Getreide der Truppe zugeteilt werden mußte, berief er die Häduerfürsten, die er in großer Zahl bei der Truppe hatte, darunter Diviciacus und Liscus, ihren höchsten Beamten, zu sich. Dieser heißt bei ihnen Vergobret<sup>21)</sup>, wird für ein Jahr gewählt und hat bei ihnen Gewalt über Leben und Tod. Cäsar machte ihnen ernste Vorwürfe, daß er, obwohl Getreide nicht gekauft noch vom Felde geholt werden könne, in solcher Zwangslage und in solch unmittelbarer Nähe des Feindes von ihnen nicht unterstützt werde, zumal er hauptsächlich auf ihre Bitte hin in den Krieg eingetreten sei. Aber noch viel bitterer war sein Vorwurf, daß man ihn im Stich gelassen habe.

Jetzt erst brachte Liscus, durch Cäsars Vorhaltungen veranlaßt, vor, was er bisher verschwiegen hatte: Es gebe einige Männer, die bei der Menge höchstes Ansehen genossen und als Privatleute größeren Einfluß hätten als selbst die höchsten Beamten. Diese schreckten mit aufhetzerischen und böswilligen Reden die Masse davon ab, das Getreide abzuliefern, zu dessen Abgabe sie sich verpflichtet hätten: Wenn sie schon nicht länger die Führung in Gallien behaupten könnten, dann sei es besser, die Herrschaft von Galliern als von Römern zu dulden. Sie zweifelten nicht, daß die Römer, wenn sie erst einmal die Helvetier unterworfen hätten, auch den Häduern zusammen mit den übrigen Galliern die Freiheit rauben würden. Von denselben Männern würden unsere Pläne und alle kriegerischen Maßnahmen den Feinden verraten. Von ihm könnten sie nicht zur Vernunft gebracht werden. Ja, er wisse, wie gefährlich es für

sari enuntiarit, intellegere sese, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quamdiu potuerit tacuisse.

18.

Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem Diviciaci<sup>1</sup> fratrem designari sentiebat, sed quod pluribus praesentibus eas res iactari volebat, celeriter concilium dimittit, Liscum retinet. quaerit ex solo ea, quae in<sup>2</sup> conventu dixerat. dicit liberius atque audacius. eadem secreto ab aliis quaerit; reperit esse vera: ipsum esse<sup>3</sup> Dumnorigem summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum. complures annos portoria reliquaque omnia Haeduarum vectigalia parvo pretio redempta habere, propterea quod illo licente contra liceri audeat nemo. his<sup>4</sup> rebus et suam rem familiarem auxisse et facultates ad largiendum magnas comparasse; magnum numerum<sup>5</sup> equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere; neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse, atque huius potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocasse, ipsum ex Helvetiis uxorem habere,<sup>7</sup> sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates conlocasse. favere et cupere Helvetiis propter<sup>8</sup> eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum adventu potentia eius deminuta et Diviciacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus. si quid accidat Romanis,<sup>9</sup> summam in spem per Helvetios regni obtinendi venire; imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare. reperiebat etiam<sup>10</sup> in quaerendo Caesar, quod proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum, initium eius fugae factum ab Dumnorige atque eius equitibus – nam equitatus, quem auxilio Caesari Haedui miserant, Dumnorigis praecerat –; eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum.

ihn sei, notgedrungen diese unaufschiebbare Angelegenheit Cäsar mitgeteilt zu haben; nur aus diesem Grunde habe er, solange es ging, geschwiegen.

Cäsar merkte, daß mit diesen Worten des Liscus nur Dumnorig, der Bruder des Diviciacus, gemeint sei. Weil er aber nicht wollte, daß diese Dinge in Anwesenheit mehrerer Personen breitgetreten würden, entließ er schnell die Versammelten. Liscus aber behielt er zurück und fragte ihn allein aus nach dem, was er in der Versammlung angedeutet hatte. Dieser sprach nun offener und kühner. Als Cäsar anderen im geheimen die gleichen Fragen vorlegte, fand er dessen Angaben bestätigt. Eben dieser Dumnorig sei ein höchst kühner, wegen seiner Freigebigkeit beim Volke sehr beliebter und auf Umsturz versessener Mann. Für mehrere Jahre habe er die Zölle und alle übrigen Abgaben der Häduer für billiges Geld in Pacht genommen, weil, wenn er biete, keiner ein Gegenangebot zu machen wage. Hierdurch habe er sein Vermögen vergrößert und sich große Mittel zur Bestechung verschafft. Er unterhalte auf eigene Kosten eine ansehnliche Reiterschar und habe sie immer bei sich. Nicht allein in der Heimat, sondern auch bei den Nachbarstämmen besitze er großen Einfluß und habe um dieser Machtsicherung willen seine Mutter bei den Biturigen an einen dort sehr mächtigen vornehmen Mann verheiratet; er selbst habe eine Helvetierin zur Frau; seine Halbschwester und die anderen Mädchen aus seiner Familie habe er in anderen Stämmen verheiratet. Wegen seiner Verwandtschaft sei er den Helvetiern besonders zugetan; persönlich aber hasse er Cäsar und die Römer, weil infolge ihres Auftretens sein Einfluß gemindert worden und sein Bruder Diviciacus in seine alte, einflußreiche und ehrenvolle Stellung wiedereingesetzt worden sei. Wenn den Römern etwas zustoße, habe er größte Hoffnung, mit Hilfe der Helvetier die Herrschaft an sich zu reißen. Solange aber das römische Volk herrsche, gebe er die Hoffnung nicht nur auf Herrschaft, sondern sogar auf den Einfluß auf, den er noch besitze<sup>32</sup>). Auch stellte Cäsar bei der Untersuchung fest, daß in dem vor wenigen Tagen unglücklich verlaufenen Reitertreffen die Flucht von Dumnorig und seinen Reitern – er befahl nämlich die von den Häduern Cäsar zu Hilfe geschickte Reiterei – eingeleitet worden sei; durch ihre Flucht sei die übrige Reiterei in Panik geraten.

19.

Quibus rebus cognitis cum ad has suspiciones certissimae res accederent, quod per fines Sequanorum Helvetios traduxisset, quod obsides inter eos dandocurasset, quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset, quod a magistratu Haeduorum accusaretur, satis esse causae arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret aut civitatem animadvertere iuberet. his omnibus rebus unum repugnabat, quod Diviciaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam fidem iustitiam temperantiam cognoverat; nam ne eius supplicio Diviciaci animum offenderet, verebatur. itaque priusquam quicquam conaretur, Diviciacum ad se vocari iubet et cotidianis interpretibus remotis per C. Valerium Troucillum, principem Galliae provinciae, familiarem suum, cui summam omnium rerum fidem habebat, cum eo colloquitur; simul commonefacit, quae ipso praesente in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, et ostendit, quae separatim quisque de eo apud se dixerit. petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuatur vel civitatem statuere iubeat.

20.

Diviciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit, ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset, per se crevisset, quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed paene ad perniciem suam uteretur. sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi commoveri. quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum te-

Als dies festgestellt war und zu diesen Verdachtsmomenten als erwiesene Tatsache hinzukam, daß Dumnorix die Helvetier durch das Gebiet der Sequaner geführt, für den Austausch von Geiseln gesorgt und all dies nicht nur ohne Cäsars und des Stammes Auftrag, sondern sogar ohne deren Wissen getan habe und von den höchsten Beamten der Häduer dafür zur Verantwortung gezogen werde, glaubte Cäsar, genug Anlaß zu haben, gegen ihn selbst einzuschreiten oder den Stamm mit der Ahndung zu beauftragen. All diesem widerstrebe die eine Tatsache, daß er des Diviciacus, seines Bruders, höchste Ergebenheit für das römische Volk, seine so tiefe Zuneigung zu ihm selbst, seine hervorragende Treue, Gerechtigkeit und sein maßvolles Benehmen genau kannte. Er fürchtete nämlich, durch des Bruders Bestrafung Diviciacus zu kränken. Bevor er etwas unternehmen wollte, ließ er daher diesen zu sich kommen, entfernte die gewohnten Dolmetscher und sprach mit ihm vermittels des Gaius Valerius Troucillus, der einflußreichsten Persönlichkeit in der Provinz und seines Freundes, dem er in allem höchstes Vertrauen schenkte. Zugleich wies er Diviciacus darauf hin, was man in dessen eigener Anwesenheit in der Versammlung der Gallier über Dumnorix gesagt hatte, und offenbarte ihm, was ihm ein jeder gesondert über ihn berichtet habe. Er bat ihn dringend, er möge ihm, ohne sich gekränkt zu fühlen, erlauben, nach Untersuchung des Falles selbst das Urteil zu fällen oder den Stamm es fällen zu lassen.

Während er sich wenige Tage der Verpflegung und Zufuhr wegen bei Besançon aufhielt, befahl plötzlich ein so großer Schrecken das ganze Heer, daß alle in bedenklicher Weise Kopf und Herz verloren<sup>59</sup>). Auf die Fragen der Römer hin hatten nämlich Gallier und Kaufleute überall erzählt, die Germanen seien ungeheuer groß, unglaublich tapfer und waffengeübt. Häufig seien sie mit ihnen zusammengestoßen und hätten nicht einmal ihre Miene und den stehenden Blick ihrer Augen ertragen können. Diese Angst befahl zuerst die Militärtribunen<sup>60</sup>), Präfecten und die übrigen, die aus Rom aus persönlicher Freundschaft Cäsar begleitet hatten, aber keine große Kriegserfahrung besaßen. Von ihnen baten die einen aus diesem, die anderen aus jenem Vorwande, der angeblich die Rückreise nach Rom erforderlich mache, um Beurlaubung. Einige jedoch schämten sich und blieben, um dem Verdacht der Furcht zu entgehen, da. Aber sie konnten weder ihre Miene verstellen noch bisweilen ihre Tränen zurückhalten; in ihren Zelten versteckt, bejammerten sie entweder ihr persönliches Los oder beklagten mit ihren Freunden die gemeinsame Gefahr. Allgemein wurden im ganzen Lager Testamente abgefaßt<sup>61</sup>). Durch das Gerede und die Furcht dieser Leute wurden allmählich auch die kriegserfahrenen Soldaten, Centurionen und Reiterführer ängstlich. Von ihnen erklärten die, welche als weniger furchtsam gelten wollten, sie hätten vor dem Feind keine Angst, scheuten aber die Engpässe, die großen, zwischen ihnen und Ariovist liegenden Wälder oder die nicht ausreichende Möglichkeit, den Proviant heranzuschaffen. Einige gaben Cäsar auch zu verstehen, daß die Truppe, wenn er den Befehl zum Aufbruch und Angriff gebe, keine Folge leisten und aus Furcht nicht marschieren werde.

Als Cäsar dies wahrnahm, berief er einen Kriegsrat, ließ an ihm die Centurionen aller Dienstgrade teilnehmen und machte ihnen heftige Vorwürfe: erstens, daß sie sich einbildeten, es sei ihre Aufgabe, zu planen oder zu überlegen, wohin oder zu welchem taktischem Einsatz sie geführt werden sollten. Unter

quam in partem aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam adeptisse; cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? sibi quidem persuaderi cognitis suis postulatis atque aequitate condicionum perspecta eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum. quodsi furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent? factum eius hostis periculum patrum nostrorum memoria, cum Cimbris et Teutonis a Gaio Mario pulsus non minorem laudem exercitus quam ipse imperator meritis videbatur; factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarent. ex quo iudicari posse, quantum haberet in se boni constantia, propterea quod, quos aliquamdiu inermes sine causa timuissent, hos postea armatos ac victores superassent. denique hos esse eosdem, quibuscum saepe numero Helvetii congressi non solum in suis, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. si quos adversum proelium et fuga Gallorum commoveret, hos, si quaerent, reperire posse diuturnitate belli defatigatis Gallis Ariovistum, cum multis menses castris se ac paludibus tenuisset neque sui potestatem fecisset, desperantes iam de pugna et dispersos subito adortum magis ratione et consilio quam virtute vicisse. cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. qui suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itineris conferrent, facere arroganter, cum aut de officio imperatoris desperare aut praescribere viderentur. haec sibi esse

seinem Konsulat habe sich Ariovist eifrigst um die Freundschaft des römischen Volkes bemüht. Warum solle man annehmen, dieser werde so leichtsinnig seine Dankspflicht verletzen? Er für seine Person sei überzeugt, Ariovist werde weder die Freundschaft mit ihm noch die mit dem römischen Volke aufs Spiel setzen, wenn er erst einmal seine Forderungen kennengelernt und die Berechtigung seiner Vorschläge eingesehen habe. Sollte er aber doch aus Verblendung und Wahnsinn den Krieg vom Zaune brechen, was in aller Welt sollten sie dann fürchten? Warum sollten sie an ihrer Tapferkeit oder an seiner Umsicht verzweifeln? Zu einer Kraftprobe mit diesem Feinde sei es schon zu den Zeiten der Vorfahren gekommen, als durch die Überwindung der Cimbern und Teutonen durch Gaius Marius das Heer sichtlich nicht geringeren Ruhm als der Feldherr selbst erntete. Eine zweite sei erst kürzlich in Italien im Krieg gegen die Sklaven<sup>62)</sup> erfolgt, die doch einigen Vorteil aus der von den Römern übernommenen Kriegserfahrung und Kriegszucht gehabt hätten. Daraus könne man beurteilen, wie gut sich zähe Ausdauer auswirke, weil sie die Gegner, die sie eine geraume Zeit in schlechtem Bewaffnungszustand ohne Grund gefürchtet hätten, später, als diese mit Waffen wohl ausgerüstet und bereits siegreich gewesen seien, doch geschlagen hätten. Schließlich seien es doch dieselben Germanen, mit denen die Helvetier oft genug zusammengeraut seien und die sie nicht nur auf eigenem, sondern sogar auf deren Boden meistens überwunden hätten, die Helvetier, die doch gegen das römische Heer nicht aufgekommen seien. Wen aber die unglückliche Schlacht und Flucht der Gallier ängstige, der könne, wenn er nach dem Grunde suche, feststellen, daß Ariovist erst, als diese durch den langen Krieg erschöpft gewesen seien, er selbst sich im Sumpfgebiet durch lange Monate im Lager gehalten und keine Gelegenheit, ihn anzugreifen, geboten habe, plötzlich über die bereits am Zustandekommen einer Schlacht Verzweifelnden und sich Zerstreunden hergefallen sei und so mehr durch schlaue Berechnung als durch Tapferkeit gesiegt habe. Diese Taktik sei bei unerfahrenen Barbaren angebracht gewesen. Daß aber durch sie römische Heere getäuscht werden könnten, hoffe nicht einmal Ariovist selbst. Die aber, welche ihre eigene Furcht hinter angeblichem Getreidemangel und der Unpassierbarkeit des Weges versteckten, handelten anmaßend, da sie anscheinend am Verantwortungsgefühl des Feldherrn zweifelten oder ihm

curae; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare, iamque esse in agris frumenta matura; de itinere ipsos brevi tempore iudicatuos. quod non fore dicto audientes neque signa latuuri dicantur, nihil se ea re commoveri; scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse aut aliquo facinore comperto avaritiam esse convictam. suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam. itaque se, quod in longiorem diem conlaturus fuisset, repraesentaturum et proxima nocte de quarta vigilia castrorum, ut quam primum intellegere posset, utrum apud eos pudor atque officium an timor plus valeret. quodsi praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibi que eam praetoriam cohortem futuram. huic legioni Caesar et indulserat praecipue et propter virtutem confidebat maxime.

41.

Hac oratione habita mirum in modum conversae sunt omnium mentes summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est, princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. deinde reliquae legiones cum tribunis militum et primorum ordinum centurionibus egerunt, uti per eos Caesari satis facerent; se neque umquam dubitasse neque timuisse neque de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse existimavisse. eorum satisfactione accepta et itinere exquisito per Diviciacum, quod ex aliis ei maximam fidem habebat, ut milium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, ut dixerat, profectus est. septimo die cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est Ariovisti copias a nostris milibus passuum quattuor et viginti abesse.

Vorschriften machten. Dies sei seine Sorge; Getreide lieferten die Sequaner, Leuker und Lingonen<sup>63</sup>); schon reife auf den Feldern das Getreide. Den Weg würden sie in Kürze selbst beurteilen können. Was das nun anbetreffe, daß man rede, die Truppe werde nicht gehorchen und nicht marschieren, so mache das nicht den geringsten Eindruck auf ihn. Er wisse nämlich, daß all denen, welchen das Heer den Gehorsam verweigert habe, bei einer Schlappe das Glück gefehlt habe oder nach Aufdeckung einer Schandtat Eigennutz nachgewiesen wurde. Seine Uneigennützigkeit<sup>64</sup>) aber sei durch sein ganzes Leben erwiesen und seine glückliche Hand durch den Helvetierkrieg allgemein bekannt. Daher werde er, was er sonst für eine spätere Zeit aufgeschoben hätte, sofort verwirklichen und schon in der nächsten Nacht noch in der vierten Nachtwache aufbrechen, um möglichst schnell feststellen zu können, ob bei ihnen Scham und Pflichtbewußtsein oder Furcht vorherrsche. Und sollte ihm sonst niemand folgen, so werde er mit der 10. Legion allein marschieren, an der er nicht zweifle; sie werde seine Leibgarde sein. Diese Legion bevorzugte er vor allen und schenkte ihr wegen ihrer Tapferkeit sein besonderes Vertrauen.

Nach dieser Ansprache schlug in auffallender Weise die Stimmung um, und höchste Kampfesfreudigkeit und Kriegsbegeisterung wurde geweckt. Zuerst stattete die 10. Legion durch ihre Militärtribunen Cäsar ihren Dank ab, daß er über sie das beste Urteil gefällt habe, und versicherte ihn ihrer völligen Bereitschaft für den Kampf. Darauf besprachen sich die übrigen Legionen mit ihren Militärtribunen und den rangältesten Centurionen, um sich durch sie bei ihm zu entschuldigen. Sie hätten niemals Bedenken noch Furcht gehabt und sich nicht eingebildet, daß die höchste Entscheidung über den Krieg ihrem Urteil, sondern eben dem Feldherrn zukomme. Cäsar nahm ihre Entschuldigungen entgegen. Die Marschroute ließ er durch Diviciacus – zu ihm hatte er unter den anderen das größte Vertrauen – festlegen in der Art, daß er das Heer auf einem Umweg<sup>65</sup>) von mehr als 50 Meilen über freies Gelände führte. Noch in der vierten Nachtwache marschierte er, wie angekündigt, los. Am 7. Tage bekam er nach ununterbrochenem Marsch von Spähtruppen die Meldung, daß Ariovists Truppen 24 Meilen von den Römern entfernt waren.

42.

Cognito Caesaris adventu Ariovistus legatos ad 1  
 eum mittit: quod antea de conloquio postulasset, id  
 per se fieri licere, quoniam propius accessisset seque id  
 sine periculo facere posse existimaret. non respuit con- 2  
 dicionem Caesar iamque eum ad sanitatem reverti  
 arbitrabatur, cum id, quod antea petenti denegasset,  
 ultro polliceretur, magnamque in spem veniebat pro 3  
 suis tantis populique Romani in eum beneficiis cog-  
 nitis suis postulatis fore, uti pertinacia desisteret. dies  
 conloquio dictus est ex eo die quintus. interim saepe 4  
 ultro citroque cum legati inter eos mitterentur, Ario-  
 vistus postulavit, ne quem peditem ad conloquium  
 Caesar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo cir-  
 cumveniretur; uterque cum equitatu veniret; alia  
 ratione sese non esse venturum. Caesar, quod neque 5  
 conloquium interposita causa tolli volebat neque sa-  
 lutem suam Gallorum equitatu committere audebat,  
 commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis  
 equitibus detractis legionarios eo milites legionis de-  
 cimae, cui quam maxime confidebat, imponere, ut  
 praesidium quam amicissimum, si quid opus facto  
 esset, haberet. quod cum fieret, non inridicule quidam 6  
 ex militibus decimae legionis dixit plus quam pollici-  
 tus esset Caesarem facere: pollicitum se in cohortis  
 praetoriae loco decimam legionem habiturum, ad  
 equum rescribere.

43.

Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis 1  
 grandis. hic locus aequum fere spatium a castris utri-  
 usque aberat. eo, ut erat dictum, ad conloquium vene- 2  
 runt. legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus  
 ducentis ab eo tumulo constituit; item equites Ario-  
 visti pari intervallo constiterunt. Ariovistus, ex equis 3  
 ut conloquerentur et praeter se denos ad conloquium  
 adducerent, postulavit. ubi eo ventum est, Caesar 4

Als Ariovist von Cäsars Anrücken erfuhr, schickte er Ge-  
 sandte zu ihm: Was er wegen einer Aussprache vorher verlangt  
 habe, das könne von ihm aus jetzt geschehen, da Cäsar näher  
 herangerückt sei, und er selbst glaube, ohne Gefahr mitmachen  
 zu können. Cäsar wies das Anerbieten nicht zurück und glaubte  
 schon, Ariovist komme zur Besinnung, da er das, was er ihm  
 vorher auf seine Bitte abgeschlagen habe, jetzt von selbst an-  
 biete. So machte er sich schon große Hoffnungen, es werde mit  
 Rücksicht auf seine und des römischen Volkes ihm erwiesenen  
 großen Dienste, wenn erst seine Forderungen bekannt seien,  
 dazu kommen, daß Ariovist seine hartnäckige Haltung aufgebe.  
 Für die Aussprache wurde der fünfte Tag festgesetzt. Als in-  
 zwischen wiederholt Unterhändler zwischen ihnen wechselten,  
 forderte Ariovist, Cäsar solle keinen Mann zu Fuß zur Unter-  
 redung mitbringen. Er fürchte, von ihm in einen Hinterhalt  
 gelockt zu werden. Beide sollten nur mit Reitern erscheinen,  
 sonst werde er überhaupt nicht kommen. Weil Cäsar die Aus-  
 sprache weder durch einen Vorwand scheitern lassen wollte,  
 noch sein Leben gallischen Reitern anzuvertrauen wagte, hielt  
 er es für das zweckmäßigste, ihnen alle Pferde abzunehmen und  
 damit die Zehner beritten zu machen – zu ihnen hatte er höch-  
 stes Vertrauen –, um, wenn es des Eingreifens bedürfe, nach  
 Möglichkeit seine besten Freunde als Schutztruppe zu haben.  
 Als dies geschah, sagte einer der Zehner nicht unwitzig, Cäsar  
 tue mehr, als er versprochen habe. Versprochen habe er, die  
 Zehner zu seiner Leibwache zu machen, jetzt versetze er sie in  
 den Ritterstand<sup>66</sup>).

In einer weiten Ebene erhebt sich dort eine recht beachtliche  
 Höhe<sup>67</sup>); sie war ungefähr gleich weit von beiden Lagern ent-  
 fernt. Hier trafen sie sich abmachungsgemäß zur Aussprache.  
 Cäsar ließ die Legion, die ihn hoch zu Roß begleitet hatte, 200  
 Schritt von dieser Anhöhe entfernt halten. In derselben Weise  
 postierten sich in gleicher Entfernung Ariovists Reiter. Dieser  
 forderte, daß man vom Pferd herab das Gespräch führe und  
 jeder außerdem zehn Mann als Gefolge bei sich habe. Nach der  
 Ankunft wies Cäsar eingangs auf seine und des Senats Ariovist

initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemoravit, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissime missa; quam rem et paucis contigisse et pro magnis hominum officiis consuesse tribui docebat; illum, cum neque aditum neque causam postulandi iustam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea praemia consecutum. docebat etiam, quam veteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent, quae senatus consulta, quotiens quamque honorifica in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent, prius etiam, quam nostram amicitiam adpetissent. populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia dignitate honore auctiores velit esse; quod vero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis eripi quis pati posset? postulavit deinde eadem, quae legatis in mandatis dederat: ne aut Haeduis aut eorum sociis bellum inferret, obsides redderet, si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur.

44.

Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consuerint. non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse; eas omnes copias uno a se proelio pulsas ac superatas esse. si iterum experiri velint, se paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerit. amicitiam populi

erwiesenen Dienste hin. Habe er doch vom Senat den Ehrentitel „König und Freund“ erhalten, seien ihm doch in großzügigster Weise Geschenke gesandt worden. Er betonte, daß diese Ehre nur wenigen zuteil geworden sei und nur für große Verdienste erwiesen zu werden pflege. Obwohl Ariovist weder Anspruch noch eine Berechtigung zu einer Forderung habe, habe er diese Auszeichnungen dank Cäsars und des Senats entgegenkommen und Güte erhalten. Er erinnerte auch daran, welche alte und berechtigte Gründe für die enge Freundschaft Roms mit den Häduern mitsprächen, wie häufige und wie ehrenvolle Senatsbeschlüsse für sie in Kraft getreten seien, wie sie zu jeder Zeit die Führung in ganz Gallien besaßen, schon bevor sie sich um die römische Freundschaft bemüht hätten<sup>89</sup>). Das römische Volk habe von Haus aus den Wunsch, daß seine Bundesgenossen und Freunde nicht nur nichts einbüßten, sondern an Einfluß, Ehre und Ansehen gewannen. Was sie vollends in das Freundschaftsverhältnis mit den Römern mitgebracht hätten, wer könnte es zulassen, daß ihnen das wieder entrissen werde! Hierauf stellte er dieselben Forderungen, die er den Gesandten mitgegeben hatte; Ariovist solle weder die Häduer noch ihre Bundesgenossen angreifen, die Geiseln zurückgeben und, wenn er schon keine Germanen zurückschicken könne, wenigstens keine weiteren mehr über den Rhein setzen lassen.

Ariovist antwortete auf Cäsars Forderungen nur kurz; von seinen Taten machte er viel Rühmens. Den Rhein habe er nicht aus eigenem Antrieb überschritten, sondern auf Bitte und Einladung der Gallier hin. Nicht ohne große Hoffnung und lohnende Aussichten habe er die Heimat und die Verwandten verlassen. Er verfüge nur über die Wohnsitze in Gallien, die sie selbst ihm abgetreten hätten. Die Geiseln seien von ihnen freiwillig gestellt worden. Den Tribut nehme er nach dem Kriegsrecht, wie ihn die Sieger den Besiegten aufzuerlegen pflegten. Nicht er habe gegen die Gallier, sondern diese hätten gegen ihn zu den Waffen gegriffen. Alle Stämme Galliens seien auf den Plan getreten, um ihn zu belagern, und hätten gegen ihn im Felde gelegen. Alle diese Truppen seien von ihm in einer einzigen Schlacht geschlagen und überwältigt worden. Wenn sie noch einmal einen Versuch wagen wollten, dann sei er zum Kampfe bereit; wenn sie aber Frieden haben wollten, dann sei

Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, idque se hac spe petisse. si per populum Romanum stipendium remittatur et dediticii subtrahantur, non minus se libenter recusaturum populi Romani amicitiam quam adpetierit. quod multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui munienti, non Galliae oppugnandae causa facere. eius rei testimonium esse, quod nisi rogatus non venerit et quod bellum non intulerit, sed defenderit. se prius in Galliam venisse quam populum Romanum, numquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Galliae provinciae finibus egressum. quid sibi vellet, cur in suas possessiones veniret? provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram. ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. quod a senatu fratres Haeduos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse. debere se suscipari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum. quodsi eum interfecerit, multis se nobilibus principibusque populi Romani gratum esse facturum – id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere –, quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. quodsi decessisset et liberam possessionem Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum et quaecumque bella geri vellet sine ullo eius labore et periculo confecturum.

45.  
 Multa a Caesare in eam sententiam dicta sunt,  
 quare negotio desistere non posset: neque suam neque

es unbillig, den Tribut zu verweigern, den sie bis zu diesem Tage freiwillig geleistet hätten. Die Freundschaft mit dem römischen Volke müsse ihm Ehre und Schutz, nicht Nachteile bringen. In dieser Hoffnung habe er sie gesucht. Wenn ihm aber durch Eingreifen des römischen Volkes sein Tribut geschmälert und die Tributpflichtigen entzogen würden, werde er nicht minder gern die römische Freundschaft ausschlagen, als er sie erstrebt habe. Wenn er eine große Zahl Germanen nach Gallien führe, so tue er das, um sich zu schützen, nicht um Gallien anzugreifen! Beweis dafür sei, daß er nur gebeten gekommen sei und keinen Angriffs-, sondern nur einen Verteidigungskrieg geführt habe. Er sei früher nach Gallien gekommen als das römische Volk. Niemals vorher habe ein römisches Heer die Grenzen der Provinz Gallien überschritten. Was wolle Cäsar eigentlich von ihm? Warum dringe er in seine Besitzungen ein? Dieses Gallien sei seine Provinz<sup>69</sup>), wie jenes die römische. Wie ihm selbst nicht erlaubt werden dürfe, in römisches Gebiet einzubrechen, seien die Römer im Unrecht, wenn sie sich in seine Rechte einmischten. Wenn Cäsar behaupte, die Häduer seien vom Senat mit dem Ehrennamen „Brüder“ ausgezeichnet worden, so sei er nicht so ungebildet und in der Geschichte unbewandert, um nicht zu wissen, daß die Häduer weder im letzten Allobrogerkriege<sup>70</sup>) den Römern Hilfe gebracht noch in den Kämpfen mit ihm und den Sequanern die Hilfe des römischen Volkes genossen hätten. Er müsse den Verdacht haben, Cäsar unterhalte unter dem Vorwand einer Freundschaft das Heer in Gallien nur, um ihn zu überwältigen. Wenn er nicht abziehe und das Heer aus diesen Gegenden wegführe, werde er in ihm nicht den Freund, sondern den Feind sehen. Wenn er Cäsar beseitige<sup>71</sup>), werde er sich bei vielen Patriziern und Führern des römischen Volkes beliebt machen; das wisse er durch Botschaften von all denen persönlich, deren Dank und Freundschaft er durch seine Beseitigung gewinnen könne. Ziehe er aber ab und überlasse ihm den freien Besitz Galliens, werde er ihn reichlich belohnen und alle Kriege, die er geführt haben wolle, vollenden, ohne daß er selbst sich einer Schwierigkeit oder Gefahr aussetzen müsse.

Cäsar führte vieles dafür an, weswegen er sein Unternehmen nicht aufgeben könne. Weder seine noch des römischen Volkes Gewohnheit lasse es zu, hochverdiente Bundesgenossen im

populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos socios desereret, neque se iudicare Galliam potius esse Ariovisti quam populi Romani. bello superatos esse Arvernos et Rutenos a Quinto Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignovisset neque in provinciam rede-gisset neque stipendium imposuisset. quodsi antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium; si iudicium senatus observari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam suis legibus uti voluisset.

46.

Dum haec in conloquio geruntur, Caesari nuntiatum est equites Ariovisti propius tumultum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros conicere. Caesar loquendi finem fecit seque ad suos recepit suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes reicerent. nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut pulsus hostibus dici posset eos ab se per fidem in conloquio circumventos. posteaquam in vulgus militum elatum est, qua arrogantia in conloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanis interdixisset impetumque in nostros eius equites fecissent, eaque res conloquium ut diremisset, multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est.

47.

Biduo post Ariovistus ad Caesarem legatos mittit: velle se de iis rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae essent, agere cum eo; uti aut iterum conloquio diem constitueret aut, si id minus vellet, ex suis legatis aliquem ad se mitteret. conloquendi Caesari causa visa non est, et eo magis, quod pridie eius diei Germani retineri non potuerant, quin tela in nostros conicerent. legatum ex suis sese magno cum periculo

Stich zu lassen, noch sei es seine Meinung, daß Ariovist mehr Anspruch auf Gallien habe als das römische Volk. Die Arverner und Rutenen<sup>72)</sup> seien von Quintus Fabius Maximus im Kriege überwunden worden. Aber das römische Volk habe mit ihnen Nachsicht geübt, ihr Land nicht zur Provinz gemacht und ihnen keine Aufgaben auferlegt. Wenn man gerade die älteste Zeit in Betracht zu ziehen habe, dann sei die Herrschaft des römischen Volkes in Gallien wohlberechtigt; wenn die Entscheidung des Senats beachtet werden solle, dann müsse Gallien frei sein, das, wenn auch im Kriege besiegt, nach dessen Wunsch selbständig habe bleiben sollen.

Während dieser Aussprache wurde Cäsar gemeldet, daß Ariovists Reiter sich der Anhöhe näherten, an die Römer heranritten und Steine und Spieße auf sie schleuderten<sup>73)</sup>. Cäsar brach die Unterredung ab, zog sich zu seinen Leuten zurück und verbot ihnen, auch nur einen feindlichen Schuß zu erwidern. Denn wenn er auch sah, daß ein Kampf mit der Reiterei ohne irgendwelche Gefahr für seine ausgewählte Legion ausgehen werde, glaubte er, es nicht dazu kommen lassen zu dürfen, daß man nach Vertreibung der Feinde behaupten könne, diese seien von ihm auf Grund eines Abkommens während der Aussprache in einen Hinterhalt gelockt worden. Als bei der Truppe bekannt geworden war, mit welcher Unverschämtheit Ariovist in der Aussprache uns das Recht auf ganz Gallien abgesprochen habe, wie seine Reiter unsere angegriffen hätten und dieser Vorfall die Unterredung beendet habe, bekam das Heer eine noch weit größere Begeisterung und Kampfeslust.

Zwei Tage später schickte Ariovist zu Cäsar Gesandte. Er wolle über die Dinge, deren Behandlung begonnen, aber nicht zu Ende geführt sei, mit ihm sprechen. Er solle erneut einen Tag für eine Zusammenkunft bestimmen oder, falls er dies nicht gern wolle, einen seiner Legaten zu ihm schicken. Ein Grund zu einer Unterredung schien Cäsar nicht mehr vorzuliegen, dies um so weniger, als tags zuvor die Germanen sich nicht hatten zurückhalten können, Geschosse auf uns zu schleudern. Einen seiner Legaten werde er, wie er glaubte, nur mit großer

<sup>3</sup> Caesar, Gallischer Krieg

ad eum missurum et hominibus feris obiecturum existimabat. commodissimum visum est Gaium Valerium<sup>4</sup> Procillum, Gai Valeri Caburi filium, summa virtute et humanitate adolescentem, cuius pater a Gaio Valerio Flacco civitate donatus erat, et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur, et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere et una Marcum Metium, qui hospitio Ariovisti utebatur. his mandavit, ut, quae diceret Ariovistus, cognoscerent et ad se referrent. quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente clamavit: quid ad se venirent? an speculandi causa? conantes dicere prohibuit et in catenas coniecit.

48.

Eodem die castra promovit et milibus passuum sex<sup>1</sup> a Caesaris castris sub monte casedit. postridie eius<sup>2</sup> diei praeter castra Caesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Haeduis supportaretur, Caesarem intercluderet. ex<sup>3</sup> eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris<sup>4</sup> continuit, equestri proelio cotidie contendit. genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant: equitum milia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos<sup>5</sup> suae salutis causa delegerant; cum his in proeliis versabantur, ad eos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius, concurrebant; si qui graviore vulnere accepto equo deciderat, circumstitebant; si quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum, tanta<sup>6</sup> erat horum exercitatione celeritas, ut iubis sublevati equorum cursum adaequarent.

persönlicher Gefahr für diesen zu ihm schicken und ihn wilden Menschen ausliefern. Am zweckmäßigsten schien es ihm, zu Ariovist Gaius Valerius Procillus zu schicken, den Sohn des Gaius Valerius Caburus, einen sehr tüchtigen und gebildeten jungen Mann – sein Vater war von Gaius Valerius Flaccus mit dem Bürgerrecht beschenkt worden –, einerseits wegen seiner treuen Ergebenheit und wegen seiner Kenntnis der gallischen Sprache, die Ariovist bei seiner langjährigen Übung darin häufig gebrauchte, andererseits, weil die Germanen keinen Grund hatten, sich an ihm zu vergreifen. Ihm gab Cäsar Marcus Metius mit, der Ariovists Gastfreundschaft genoß, und trug ihnen auf, Ariovists Äußerungen zur Kenntnis zu nehmen und ihm zu berichten. Als sie dieser bei sich im Lager erblickte, schrie er in Gegenwart seiner Leute, weshalb sie zu ihm kämen. Etwa um zu spionieren? Als sie zu antworten versuchten, hinderte er sie daran und ließ sie in Ketten legen.

Am gleichen Tage rückte er vor und lagerte sechs Meilen von Cäsars Lager entfernt am Fuß eines Berges. Tags darauf führte er seine Truppen am römischen Lager vorüber und schlug zwei Meilen weiter sein Feldlager<sup>74</sup>) auf in der Absicht, Cäsar von der Getreidezufuhr aus dem Gebiet der Sequaner und Häduer abzuschneiden. Von diesem Tage an führte Cäsar fünf Tage nacheinander seine Truppen vor das Lager und ließ sie in Schlachtordnung bereitstehen, so daß Ariovist, falls er sich mit ihm im Kampfe messen wolle, Gelegenheit gegeben war. An all diesen Tagen hielt aber Ariovist sein Heer im Lager; in Reiterkämpfe ließ er sich täglich ein. Es war dies die Kampfweise, in der die Germanen Übung besaßen. Es waren 6000 Reiter, dazu ebensoviele äußerst bewegliche und draufgängerische Soldaten. Diese hatten die Reiter – und zwar jeder einzelne einen Mann – aus der ganzen Truppenmenge ausgewählt, um einen persönlichen Beschützer zu haben. Mit ihnen zogen sie in den Kampf; zu ihnen konnten sich die Reiter auch zurückziehen, und wenn ernstere Gefahr drohte, stürmten diese Helfer von allen Seiten herbei. War ein Reiter, schwer verwundet, vom Pferd gestürzt, so umringten sie ihn schützend. Mußte man an irgendeiner Stelle weiter vorrücken oder schneller sich zurückziehen, waren sie infolge ihrer Übung so schnell, daß sie, sich an den Pferdemenen emporhebend und laufend, mit den Pferden Schritt hielten.

49.

Ubi eum castris se tenere Caesar intellexit, ne diu-<sup>1</sup>  
tius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo  
in loco Germani consederant, circiter passus sescentos  
ab his castris idoneum locum delegit acieque triplici  
instructa ad eum locum venit. primam et secundam<sup>2</sup>  
aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit. is<sup>3</sup>  
locus ab hoste circiter passus sescentos, uti dictum est,  
aberat. eo circiter hominum numero sedecim milia ex-  
pedita cum omni equitatu Ariovistus misit, quae cop-  
piae nostros terrerent et munitione prohiberent. nihilo<sup>4</sup>  
setius Caesar, ut ante constituerat, duas acies hostem  
propulsare, tertiam opus perficere iussit. munitis cas-<sup>5</sup>  
tris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum,  
quattuor reliquas legiones in castra maiora reduxit.

50.

Proximo die instituto suo Caesar ex castris utris-<sup>1</sup>  
que copias suas eduxit paulumque a maioribus castris  
progressus aciem instruxit hostibusque pugnandi po-<sup>2</sup>  
testatem fecit. ubi ne tum quidem eos prodire intel-  
lexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit.  
tum demum Ariovistus partem suarum copiarum,  
quae castra minora oppugnaret, misit. acriter utrim-  
que usque ad vesperum pugnatum est. solis occasu<sup>3</sup>  
suas copias Ariovistus multis et inlatis et acceptis  
vulneribus in castra reduxit. cum ex captivis quaere-<sup>4</sup>  
ret Caesar, quam ob rem Ariovistus proelio non decer-  
taret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos  
ea consuetudo esset, ut matres familiae eorum sortibus  
vaticinationibusque declararent, utrum proelium com-  
mitti ex usu esset necne; eas ita dicere: non esse fas<sup>5</sup>  
Germanos superare, si ante novam lunam proelio con-  
tendissent.

51.

Postridie eius diei Caesar praesidio utrisque castris,<sup>1</sup>  
quod satis esse visum est, reliquit, alarios omnes in

Sowie Cäsar merkte, daß der Feind sich im Lager hielt, suchte er, um nicht länger von der Zufuhr abgeschnitten zu werden, ungefähr 600 Schritte weiter entfernt von der Stelle, wo die Germanen lagerten, einen für ein Lager geeigneten Platz aus, kam in dreifacher Linie dorthin und befahl, daß die erste und zweite Linie unter Waffen bleibe, die dritte aber ein befestigtes Lager baue. Dieser Platz war, wie gesagt, an die 600 Schritte vom Feinde entfernt. Hierher schickte Ariovist ungefähr 16 000 kampfbereite Soldaten mit der gesamten Reiterei. Diese sollten bei unseren Leuten Panik auslösen und sie bei den Schanzarbeiten stören. Dessen ungeachtet ließ Cäsar, wie er bestimmt hatte, die zwei Linien den Feind abwehren, die dritte die Arbeit zu Ende führen. Nach Fertigstellung der Befestigung ließ er zwei Legionen und einen Teil der Hilfstruppen in diesem Lager; die übrigen vier Legionen führte er in das größere zurück.

Am folgenden Tage führte er nach bisheriger Gewohnheit seine Truppen aus beiden Lagern heraus, rückte ein wenig vom größeren Lager weiter vor, bildete die Schlachtordnung und gab dem Feinde Gelegenheit, sich zu stellen. Als er sah, daß dieser nicht einmal jetzt herauskam, führte er ungefähr um die Mittagszeit das Heer ins Lager zurück. Da erst schickte Ariovist einen Teil seiner Truppen zum Sturm auf das kleinere Lager vor. Heftig kämpfte man auf beiden Seiten bis zum Abend. Erst bei Sonnenuntergang führte Ariovist seine Truppen – sie hatten viele verwundet, aber auch selbst viele Wunden erlitten – ins Feldlager zurück. Als Cäsar Gefangene fragte, warum Ariovist keine Entscheidungsschlacht schlage, erfuhr er folgenden Grund: Bei den Germanen herrsche der Brauch, daß die Frauen auf Grund von Runen<sup>76)</sup> und Weissagungen offenbarten, ob es vorteilhaft sei, eine Schlacht zu liefern oder nicht. Diese aber hätten erklärt, es sei nicht vom Schicksal bestimmt, daß die Germanen siegten, wenn sie vor dem Neumond kämpften.

Tags darauf hielt Cäsar zum Schutz beider Lager eine ausreichende Truppe zurück. Alle Flügeltruppen ließ er angesichts

conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, ut ad speciem alariis uteretur; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium accessit. tum demum necessario Germani suas copias castris eduxerunt generatimque constituerunt paribus intervallis Harudes, Marcomanos, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Eudusios, Suebos omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. eo mulieres imposuerunt, quae ad proelium proficiscentes passis manibus flentes implorabant, ne se in servitum Romanis traderent.

52.

Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, proelium commisit. ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coiciendi non daretur. relictis pilis comminus gladiis pugnatum est. at Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta impetus gladiatorum exceperunt. reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangem insilirent et scuta manibus revellerent et desuper vulnerarent. cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque in fugam coniecta esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. id cum animadvertisset Publius Crassus adulescens, qui equitatus praerat, quod expeditior erat quam ii, qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit.

53.

Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt nec prius fugere destiterunt, quam ad

der Feinde vor dem kleinen Lager aufmarschieren, weil er im Verhältnis zur Zahl der Feinde über zu wenig Kerntruppen verfügte, so daß er die verbündeten Truppen zur Täuschung mit einsetzte. Die Kerntruppen ließ er in dreifacher Linie aufmarschieren und rückte bis zum feindlichen Lager vor. Jetzt erst führten die Germanen gezwungenermaßen ihre Truppen aus dem Lager heraus und stellten sie nach Stämmen geordnet in gleichen Abständen auf, die Haruder, Markomannen, Triboker, Vangionen, Nemetes, Eudusier und Sueben. Ihre gesamte Streitmacht umstellten sie mit ihren Wagen und Transportkarren, damit ihnen keine Hoffnung auf Flucht blieb. Auf diese stellten sie ihre Frauen, welche die in den Kampf ziehenden Männer mit ausgebreiteten Armen unter Tränen anflehten, sie nicht den Römern als Sklavinnen preiszugeben.

Cäsar stellte die einzelnen Legionen unter den Befehl eines Legaten oder des Quästors, damit jeder Mann sie zu Zeugen seiner Tapferkeit habe. Er eröffnete auf dem rechten Flügel den Kampf. Dort war, wie er feststellte, der Feind am wenigsten stark. So heftig griffen auf das gegebene Zeichen seine Truppen den Gegner an, und dieser stürmte so plötzlich und rasch vor, daß es keinen Raum mehr gab, auf die Gegner die Speere zu schleudern. Man ließ sie liegen und kämpfte mit dem Schwerte Mann gegen Mann. Aber die Germanen bildeten rasch nach ihrer Gewohnheit dichtgeschlossene Kampfeinheiten und parierten den Schwerterangriff. Da fanden sich mehrere Römer, die in die Feindesschar hineinsprangen, die Schilde mit den Händen hinwegrissen und von oben herab Wunden schlugen. Während der Feind auf dem linken Flügel geworfen und in die Flucht gejagt wurde, setzte er uns infolge seiner zahlenmäßigen Überlegenheit auf dem rechten Flügel hart zu. Als dies der Reiterführer Publius Crassus<sup>76)</sup> der Jüngere bemerkte – er hatte einen freieren Ausblick als die, welche im Kampfe standen –, schickte er die dritte Linie unseren schwer bedrängten Soldaten zu Hilfe.

So entbrannte die Schlacht von neuem. Alle Feinde flohen und ließen von der Flucht nicht eher ab, als bis sie – es waren von

flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter  
 quinque pervenerunt. ibi perpauca aut viribus confisi<sup>2</sup>  
 tranare contenderunt aut lintribus inventis sibi salu-  
 tem reppererunt. in his fuit Ariovistus, qui naviculam<sup>3</sup>  
 deligatam ad ripam nactus ea profugit; reliquos omnes  
 consecuti equites nostri interfecerunt. duae fuerunt<sup>4</sup>  
 Ariovisti uxores, una Sueba natione, quam domo se-  
 cum duxerat, altera Norica regis Voccionis soror, quam  
 in Gallia duxerat a fratre missam: utraque in ea fuga  
 periit; duae filiae: harum altera occisa, altera capta<sup>5</sup>  
 est. C. Valerius Procillus, cum a custodibus in fuga  
 trinis catenis vinctus traheretur, in ipsum Caesarem  
 hostes equitatu insequentem incidit. quae quidem res<sup>6</sup>  
 Caesari non minorem quam ipsa victoria voluptatem  
 attulit, quod hominem honestissimum provinciae Gal-  
 liae, suum familiarem et hospitem, ereptum ex mani-  
 bus hostium sibi restitutum videbat neque eius cala-  
 mitate de tanta voluptate et gratulatione quicquam<sup>7</sup>  
 fortuna deminuerat. is se praesente de se ter sortibus  
 consultum dicebat, utrum igni statim necaretur an in  
 aliud tempus reservaretur; sortium beneficio se esse<sup>8</sup>  
 incolumem. item M. Metius repertus et ad eum reduc-  
 tus est.

54.

Hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad<sup>1</sup>  
 ripas Rheni venerant, domum reverti coeperunt. quos  
 ubi, qui proximi Rhenum incolunt, perterritos sense-  
 runt, insecuti magnum ex his numerum occiderunt.<sup>2</sup>  
 Caesar una aestate duobus maximis bellis confectis  
 maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hi-  
 berna in Sequanos exercitum deduxit. hibernis Labie-<sup>3</sup>  
 num praeposuit, ipse in citeriorem Galliam ad con-  
 ventus agendos profectus est.

dort ungefähr fünf Meilen<sup>77</sup>) – an den Rhein kamen. Nur wenige  
 mühten sich, auf ihre Kräfte bauend, den Fluß zu durch-  
 schwimmen oder auf vorgefundnen Nachen ihr Leben zu  
 retten. Unter diesen befand sich Ariovist, der einen ans Ufer  
 gebundenen Kahn fand und in diesem floh. Alle übrigen wur-  
 den von unseren Reitern eingeholt und niedergemacht. – Ario-  
 vist hatte zwei Frauen<sup>78</sup>), eine Suebin, welche er von daheim  
 mitgenommen hatte, und eine Norikerin, die Schwester des  
 Königs Voccio, die ihm von ihrem Bruder zugeführt worden war  
 und die er in Gallien geheiratet hatte. Beide kamen auf der  
 Flucht um. Von seinen zwei Töchtern wurde die eine getötet,  
 die andere gefangengenommen. Als Gaius Valerius Procillus  
 mit dreifachen Ketten gefesselt von Wächtern auf der Flucht  
 fortgeschleppt wurde, fiel er ausgerechnet Cäsar in die Hände,  
 der mit der Reiterei die Feinde verfolgte. Dieser Zufall machte  
 ihm nicht geringere Freude als der Sieg selbst, weil er den ehren-  
 haftesten Mann der Provinz Gallien, seinen vertrauten Freund,  
 den Händen des Feindes entrissen und sich wiedergegeben sah  
 und das Schicksal nicht durch dessen Verlust sein so großes  
 Glück und seine so große Freude irgendwie getrübt hatte.  
 Valerius erzählte, daß in seiner Gegenwart die Götter dreimal  
 bezüglich seiner Person durch Runen befragt worden seien, ob  
 er sofort verbrannt oder für später aufgespart werden solle. Nur  
 den Runen verdanke er sein Leben. Ebenso wurde Marcus  
 Metius aufgefunden und zu Cäsar zurückgebracht.

Sowie diese Schlacht rechts des Rheins bekannt geworden  
 war, kehrten die Sueben, welche ans Rheinufer gekommen  
 waren, allmählich in ihr Land zurück. Als die Anwohner des  
 Rheins merkten, wie diese in Panik waren, setzten sie ihnen  
 nach und hieben viele von ihnen nieder. – In einem Sommer  
 hatte Cäsar zwei schwere Kriege beendet und führte etwas  
 früher, als es die Jahreszeit erfordert hätte, das Heer zum Über-  
 wintern in das Gebiet der Sequaner. Die Winterquartiere stellte  
 er unter den Befehl des Labienus. Er selbst reiste nach Ober-  
 italien, die Gerichtstage<sup>79</sup>) abzuhalten<sup>80</sup>).